

1673.

1. Finck, Johannes Martini: De iudicio peritorum
2. Fahn, Christianus Gottfrid: De necessitate vel jure,
quod necessitas constituit.
3. Mater, Henricus Guilielmus: De demonstratione
4. Loh, Christoph Josephus von: De vexillo Imperiali
Ed. 2. 1725.
5. Rehhadius, Johannes: De eo, quod interest.
6. Ruemelin, Georgius Ursicus: De donatione remuneratoria
atque obligatione antidotali.
7. Schaefferus, Jacobus: De salionis jure.
8. Spollin, Johannes Georgius: De repressaliis earumque
jure.
9. Hockken, Gerardus von: De precibus primariis
Imperatoris. 2 Samml. 1673 & 1733.
10. Hockken, Gerardus von: De sigillis
11. Hoernerus, Godefridus: De favore liberorum

1673.

12. Vitriarius, Philippus Reinhardus: De jure antecessoris

in successorum.


13. Zell, Daniel: de Delegatione debitoris

14. Zuehl, Marcus: De actione injuriarum aestimatoria

Faint, illegible handwriting in a cursive script, possibly a list or index.







DISPUTATIO IURIS IURIDICA

IN IURISPRUDENTIA

ROMANA

IN IURISPRUDENTIA

GRATIA

IN IURISPRUDENTIA

GRATIA

IN IURISPRUDENTIA

GRATIA

IN IURISPRUDENTIA

GRATIA

ne
D



23

11

1673, 70.

I. N. D. N. F. C.

DISPUTATIO JURIDICA

De

SIGILLIS,

von

Signeten / Betschafften / 2c.

Q V A M

DIVINA FAVENTE GRATIA

sub Præsidio

115
P

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,

CONSULTISSIMI & EXCELLENTISSIMI,

DNI. GERARDI von Stöffen /

U. J. D. & Inst. Imperial. Profess. Publ. celebratissimi,

p. t. Facultatis Juridicæ Decani Spectabilis, &c.

Domini Patroni & Præceptoris singulari venerationis cultu aeternum prosequendi,


rationis cultu aeternum prosequendi,

SOLENNITER

pro virili defensurus est,

DAVID Raw / Ulmenf. A. & R.

Ad d. Junij horis locoq. consuetis.



ARGENTORATI,

Typis JOH. FRIDERICI SPOOR

ANNO M DC LXXIII.



V I R O S
G E N E R O S O S , M A G N I F I C O S ,
N O B I L I S S I M O S , P E R Q U A M S T R E -
N U O S , A M P L I S S I M O S , P R U -
D E N T I S S I M O S ,
D O M I N O S
D U U M V I R O S ,
C O N S U L E S ,
C A E T E R O S Q U E I N C L Y T A E & L I B E R A E
S . R . I . R E I P U B L I C A E
V L M E N S I S
S E N A T O R E S
G R A V I S S I M O S ,
P A T R E S P A T R I A E V I G I L A N T I S S I M O S ,
D O M I N O S S U O S G R A T I O S O S ,
E V E R G E T A S & P R O M O T O R E S
M A X I M O S ,

Hocce qualicumque Exercitio Academico
*pro haectenus in se immeritum collatis egre-
giis beneficiis, eâ, quâ par est, animi sub-
missione veneratur, simulq; se suaque
studia ulterius devotè commendat,*

subjectissimus cliens,
DAVID RAW.



C. B. D.
DISPUTATIO JURIDICA
DE SIGILLIS.

THES. I.



Sigillorum tractatio in Jure ad probationis materiam pertinet; eorumque usus potissimum in legitimâ appositione & recognitione consistit; uti abusus in falsificatione: quæ omnia accuratius constare poterunt, si prius quædam de sigillorum naturâ, & quæ huc facere videbuntur, pro ratione instituti præmiserimus. Hunc ordinem autem observavimus, ut de sigillorum definitione & synonymiâ agatur *th. 2.* homonymiâ *th. 3. & seq.* origine & utilitate *th. 5.* de Sigillorum characteribus sive insigniis *th. 6.* quinam ea concedant *th. 7. & seqq.* qualia *th. 9. & seq.* de divisione sigillorum *th. 11. & seqq.* sigillorum efficaciâ in probando *th. 13.* quænam requisita *th. 14.* an sigillo alieno *th. 15.* an sine subscriptione *th. 16.* an nuda sigilli exhibitio sufficiat? *th. 17.* de chartis puris sigillatis *th. 18. & seqq.* quando sigilla maximè necessaria *th. 21.* quid circa ea probandum *th. 22.* de sigillis confirmatoriis *th. 23.* an in propriâ causâ & quomodo contra sigillantem valeant? *th. 24. & seq.* de aliis effectibus sigillorum *th. 26.* de varietate sigillorum *th. 27.* recognitionis utilitas *th. 28.* quando in contumaciam acceptetur *th. 29.* quænam requisita *th. 30. & seq.* quando omitti possit *th. 32.* an per procuratorem *th. 33.* quid judici in recognoscendis sigillis observandum *th. 34. & seqq.* de bullâ Imperatoris *th. 37. & seq.* de falsariis sigillorum, ut & his, qui alienas literas resignant & eorum coërcitione *th. 39. & seqq.*

2. Sigillum (à signo dictum. Gl. in l. 34. in pr. ff. de auro & arg. leg. uti tigillum à tigno; mamma à mamma; pugillus à pugno; &c.) nihil aliud est, quàm nota quædam certæ rei gerendæ vel gestæ ad majorem fidem conciliandam apposita. Aliàs dicitur signaculû, bulla, typariû, &c. Germanicè *Sigel/Insigel/Pettschaffe/Pittschaffe/Pitschier/Signet*. In vetustioribus instrumentis legitur *Betschaden/ seu Petschaden/* fortè à pittacio, quod scriptura brevis, sigillo munita. arg. l. 5. l. 16. §. 2. ibiq; Gl. & Gothofr. in voc. *pittacia seu pyctacia. C. de erogat. militar. ann. 12, 38. deductum. Wehner. Besold. Speidel. in observat. & Theaur. pract. dd. ll. Theodor. Höpingk ICrum & Imperialis Casareiꝝ apud Friedbergenses Castri Advocatum & Syndicum in elegantiss. Tract. de Sigillorum prisco & novo Iure cap. 1. n. 20. & seqq. add. Limn. lib. 1. Iur. Publ. cap. 7. n. 66.*

3. Et in illâ significatione sigilla nobis veniunt, cùm aliàs pro imaginibus vel simulacris Deorum heroumve, quæ vasis aut scyphis cælatorum artificio sint illigata, vel ædificiis affixa, sumantur. arg. d. l. 34. pr. l. 23. §. 2. ff. de R. V. l. 13. §. 7. ff. de usufr. l. 12. §. 23. ff. de Instr. vel Instr. leg. l. 17. §. 9. ff. de action. emt. l. 41. §. 13. ff. de leg. 1. Höpingk d. l. cap. 1. n. 8. & seqq. Sed & sigilla dicuntur annuli ferrei, quibus equi vel mulæ alligantur, si Accursio credimus in d. §. 13. de leg. 1. Nicol. Boer. consil. 5. n. 11. & 12. Höpingk d. l. n. 13. & seqq.

4. Sed & eadem acceptio, quæ hujus loci est, non unius est generis. Nam vel ipsum instrumentum sive typum, cui insculptum est signum, quo utimur, denotant; vel rem sive figuram, quæ ex impressione typi in ceram, vel simile quid factâ apparet. vid. Limn. ad Capitul. Ferdin. III. art. 46. in vocab. *gehencft werden*. Et posterior hæc acceptio maximè ad nos spectat, prior illa non aliter, quàm quatenus ad ipsum usum signandi destinantur. Unde neutrum sine altero cognosci poterit. De priori agit l. 1. §. 36. ff. de pos. l. 11. §. 3. ff. locat. l. 2. C. de reb. alien. non alien. l. 2. §. 2. C. de officio Comit. rer. privatar. l. 1. §. 2. C. de comm. serv. manumiss. cap. 5. X. de probat. cap. 50. X. de testib. cap. 6. X. de fide instrum. cap. 2. X. de fidejuss. cap. 48. X. de appell. cap. 4. X. de confirm. util. cap. 2. de offic. ordin. in 6. cap. 3. X. de crim. fals. cap. 14. X. de excess. Prælat. De posteriori l. 1. §. fin. l. 2. §. 4. passim ff. & C. testam. quemad. n. aper. cap. 1. X. de

X. de Cler. peregrin. cap. 33. X. de offic. & potest. judic. deleg. cap. 53. X. de testib. cap. 2. 6. & seq. X. de fide instrum. d. cap. 48. & cap. 56. X. de appellat. cap. 2. X. de solut. Clement. un. de jurejur. in fin.

5. Sigillorum usus per se quidem necessarius non est, antiquissimus tamen, uti apparet ex Genes. cap. 38. v. 18. & cap. 41. v. 42. 1. Reg. cap. 21. vers 8. Esth. c. 3. v. 10. & seqq. & cap. 8. v. 2. Daniel. c. 17. v. 17. Maccab. c. 6. v. 14. Add. Exod. c. 28. v. 11. & c. 39. v. 6. & 14. Höpingk d. l. cap. 2. de antiquitate & origine annalorum sigillarium n. 1. & seqq. Ita populus Israëliticus in 12. tribus divisus, totidem insignia fertur habuisse, Juda leonem, Naphtali cervum, Isaschar asinum, Benjamin lupum, Ephraim bovem, Dan aquilam, Ruben hominem, &c. Limn. Jur. Publ. lib. 6. cap. 6. n. 12. Scilicet in Collegiis & corporibus summa utilitas illa introduxit, ut adeò is, qui eadem confirmet, speciale sigillum eidem attribuere soleat. arg. cap. 14. extr. de excess. Pralat. per cujus appositionem probari possint, si quæ majoris momenti negotia communi nomine geruntur. vid. Besold. in Thes. pract. in voc. Zunfft. lit. z. n. 14. Höpingk d. l. c. 4. n. 119. & cap. 5. n. 44. Dn. Fritsch. Tr. de Colleg. opif. in cap. 3. n. 6. Apud infimæ sortis homines, quorum maxima pars ne scribere quidem norunt, rarissimè sigilla reperias; unde si eorum fides adhibenda, sufficit, si quodcunque signum, plerunque tamen crucis, stylo exarent, ducantque, & alius, sive testis, sive tabellarius subscriptione & sigillo idem confirmet. arg. Nov. 73. cap. 8. ibiq; Gothofred. junct. l. fin. §. 2. C. de jur. deliber.

6. Cæterùm, quia sigilla rebus imprimenda sunt. arg. l. 1. §. 2. ibiq; Bl. C. de comm. serv. manum. l. pen. vers. universos C. de aquaed. 11. 42. l. 3. C. de Fabricens. 11. 9. opus est caractere, qui imprimatur. arg. §. 5. l. de T. O. l. 22. §. 5. ff. qui testam. fac. poss Innocent. ad cap. 2. n. 1. X. de fid. instrum. Panormitan. ad cap. inter dilectos. 6. n. 4. & 15. X. d. r. sive id imago, sive arma sint, & nomine sigillantis. cap. 6. X. de fide instrum. Sich. ad l. 12. n. 6. C. de testam. Unde sigillum formale appellatur, & informi opponitur. Höpingk de Jure sigillor. cap. 4. n. 136. & seqq. & corrigiâ signari nequit, tanquam characterem non habente. Höpingk d. l. cap. 8. num. 23. In sigillis plebeiis, vel solum nomen sub literis initialibus sufficere, testatur experientia; quanquam sæpiùs certi ductus addantur decussatim ferè cum intermixtis illis literis. In reliquorum sigillis, & arma sive insignia,

A 3

& no-



& nomen insculpi solet, majoris evidentiae gratia: quæ licet quis pro lubitu assumere vel novare potest, modo id fiat bonâ fide, neq; in præjudicium tertii, arg. l. un. C. de mut. nomin. l. 10. ibiq; Dd. C. de ingen. manum. cap. 14. extr. de excess. Prælator. Chassan. in Catalog. glor. mundi part. 1. confid. 38. concl. 31. Limn. de J. P. lib. 6. c. 6. n. 42. & seqq. Höpingk de Jur. sigill. c. 14. n. 161. & seqq. Prudentiæ tamen est, gentilitia & familiaria arma retinere; unde passim videmus, ubi aucta sint Nobilium arma ob majorem dignitatem, pristina insignia in medio sive honoratiore loco poni.

7. Insignia autem sive arma, quæ certam dignitatem designant, ab Imperatore sive Principe, tanquam omnis dignitatis auctore fluunt. arg. l. 1. ff. & C. de jur. aur. ann. Wesenb. in parat. ib. n. 4. Besold. in Thes. Pr. lit. W. n. 12. n. V. Wapen. add. Herzog Chron. Als. lib. 5. p. 62. & 76. aut ab eo, cui facultas illa à Principe concessa. Limn. d. lib. 6. c. 6. n. 27. & lib. 3. c. 8. num. 44. Mundius de Comit. Palat. c. 3. num. 303. cum seqq. add. Höpingk de Jur. sigill. c. 5. n. 40. & seqq. Quin & Principibus Imperii jus competere, insignia collegiis & urbibus conferendi, exemplis Serenissimorum Marchionum Brandenburgensium probat Limn. d. l. lib. 5. cap. 7. in Addit. 1. n. 76. p. 824. & n. 109. p. 831. & n. 120. p. 833. Add. Höpingk d. cap. 5. n. 38. & 43. Formulam concessionis Imperialis, per Carol. V. an. 1541. factæ exhibet Melch. Goldast. tom. 1. Constit. Imperial. pag. 513.

8. Inter eos, quibus privilegii loco id datum, referuntur Archiduces Austriæ. Verba privilegii huc facientia hæc sunt: Auch daß Sie und Ihre Erben und Nachkommen in allen ihren Landen/ Herrschafften und Gebieten etc. Graffen/ Freyherren/ Ritter/ Knecht / auch dazsame und verdiente Personen von newem Edel machen/ denselben Wapen und Kleinod mit Schild und Helm und allerley Zierheit/ Farben und Plaznierungen geben und leihē etc. ap. Limn. de J. P. lib. 5. cap. 2. n. 32. vers. Auch daß Sie. & d. lib. 6. cap. 6. n. 30. Quod & illi pertinent, quibus Jus Nobilitandi à Cæsare concessum, quales præter alios sunt Comites Palatini, die Reichs. Hoff Graffen/ quibus potestas insignia ista Cæsareo nomine conferendi specialiter permissa, plerunque tamen cum restrictione, ita scilicet, ut ne cui integram aquilam maximè Imperialem, vel coronam regiam in galeâ, vel galeam torneariam apertam & cancellatam concedant, aut avita quorumvis Principum insignia,

insignia, Baronum & Procerum arma præcisè largiantur. *Tb Sagittar. de Iure Privileg. Comit. Palat. Casareor. th. 33. lit. e. ap. Arum. disc. Academ. 3. Besold. d. l. n. 12. in Addit.*

9. Solet itaque in conferendis insignibus petentium voluntati quadantenus deferri, ita tamen, ut non tam ex eorum cerebro, quàm concedentis iudicio manifestetur, quid personarum qualitati conveniat. *Sagittar. d. l. uti namque nomen. §. 2. Inst. de donat. ita sigillum rei accommodum esse debet. Porcus ad §. 5. l. de T. Ord. ibiq; Lason. in Addit. n. 8. ubi ait: Si figura apposta in sigillo esset multùm disgregata à formâ sigillantis, redderetur sigillum suspectum. Quid enim si Episcopus vel Doctor sigillaret sigillo habente impressionem hominis armati? redderetur suspectum sigillum. Eodem modo, si Capitaneus armorum sigillaret sigillo habente impressam formam Episcopi, vel Doctoris. Add. Hopingk de Iur. Sigill. cap. 8. n. 5. & seqq. Optimè Limnaeus, de facto, inquit, constat, neminem tanta audaciâ modestiæ limites fuisse supergressum, qui Imperialis aquilæ integram participationem expetierit; nullum Imperatorem extitisse, qui eam aliis voluerit communicatam. Quod si ea alicui communicanda fuisset, Regibus utique Romanis, qui Imperatoribus adhuc vitam spiritumque ducentibus adjuncti fuerunt, communicari, potius quàm ulli alii debuisset; sed confusionis vitandæ gratiâ, ne hoc quidem actum, inde licet intelligere, quòd Reges Romani simplicem aquilam, Imperatores autem bicipitem habeant. d. l. 6. c. 6. num. 28.*

10. Ita olim equi, tauri, ursi, lupi, cervi, &c. Principibus tantum Germaniæ & Ducibus exercituum insignium loco erant; postea illorum indulgentiâ reliquis quoque Nobilibus concessum, ut Principum insigniis uterentur, mutatis tantùm coloribus, & ut ne integrum animal, sed dimidiata tantùm ejus pars anterior, vel etiam caput, aut pes solummodò effigiaretur, quòd sua Principis maneret autoritas atque reverentia ab inferiori ordine discreta, *vid. Limn. d. l. n. 15.* Aptiora itaque rei gerendæ insignia erunt, quæ intra modestiæ fines se continent, & quantum fieri potest, officium signantium repræsentant, uti maximè in Collegiis & corporibus cernere licet. Ita Collegia Ecclesiastica ex sacris rectè symbolum assumunt. Secularia pro naturâ & qualitate rerum, cui
infer-

inserviunt. Unde v. gr. in sigillis judiciorum criminalium carnificem ferè cum gladio, virgis, &c. insculptum videmus. *add. Limm. de I. P. lib. 6. cap. 6. n. 64.*

11. Sigillorum varia genera sunt, (1.) aliud est publicum, aliud privatum; Illud majorem fidem meretur, unde authenticum quoque appellatur, estque illorum, qui jurisdictione pollent, vel publico officio funguntur; uti latissimè deducit *Höpingk de Iure sigill. c. 4. à n. 3 usq. ad 34.* imò de consuetudine per universalem Germaniam etiam personarum honestiorum, & in dignitate constitutarum; unde etiam *Sigelmäßig* appellantur. *Wehner. in voc. Sigelmäßig. Sich. ad l. 3. n. 27. C. de reb. credit. Höpingk d. loc. n. 82.* Hoc reliquarum personarum & privati instar testimonii est. *Id. n. 85.* (2.) Aliud est proprium, aliud est alienum. *arg. §. 5 I. de T. O. cap. 4. extr. de confirm. util.* Illo in arduis negotiis omninò utendum, unde ipse testator alieno sigillo uti non potest. *Gl. in c. 6. in voc. deletæ. X. de fid. instrum. Angel. ad d. §. 5. n. 5.* hoc verò demum in defectu proprii, si res non magni præjudicii, idque fiat ex assensu domini, & cum certa attestazione. *Salicet. ad l. 12. C. qui testam. fac. poss. Sichard. ibid. n. 7. Felin. ad cap. 2. X. de fid. instrum. Höpingk d. l. n. 89. & seqq.* Proprio sigillo opponitur etiam commune, quo condomini, vel illi, qui indivisum habent regimen, in communibus negotiis utuntur. *Höpingk d. l. n. 116. & seqq.* Illud speciale, quod Civitates Hanseaticæ, in communibus decretis & literis sigillo Civitatis Lubecensis, ubi conventus generales celebrantur, uti soleant. *Carol. ab Hagen Instit. Iur. Publ. cap. 4. n. 18. circ. fin.*

12. (3.) Sigillum aliud majus, quo utuntur Principes & Civitates in rebus maximi momenti obsignandis; aliud minus, quod annulus esse solet, & literis privatis propriè accommodatur. *Wehn. obs. pract. in voc. Insigel. Ruland. de Commiss. part. 2. lib. 5. c. 30. n. 9. & 10. Höpingk d. l. n. 124. & seqq.* (4.) Aliud consuetum, deputatum, & ordinarium; aliud inconsuetum, sive insolitum, sive extraordinarium. *arg. c. 48. X. de appell.* Uti enim olim, ita & hodie negotiorum diversitas sigillorum varietatem introduxit: ut maximè potentiores sigilla distincta habeant, quorum unum causis judicialibus, alterum feudalibus, tertium negotiis secretis, quartum

actionem parit, uti Dd. communiter statuunt. *arg. l. 1. §. 7. l. 14. §. fin. ff. de constit. pecun. Vid. Nicol. Everh. in loc. 121. à vi geminationis. n. 8.* Et hinc Sigismundus Imper. in *Reformat. cap. 1. von Insiglen-* inter alia; Was verbrieft/ und versiegelt wird / das soll wahr seyn; aber man sihet viel und dick / daß man größlich wider versiegelte Brieff redt und thut. Es ist aber von angehend nicht also angesehen / sie sollen stät und vest seyn; Brieff und Sigel seind bey Enden erkandt / darumb sie auch bestehen sollen. *apud Christ. Lehman. Chron. Spir. lib. 4. cap. 11.* Laudanda quidem Veterum simplicitas & fides, quæ in paucis lineolis omnia fidei firmamenta ponebat; sed gliscente hominum malitiâ sigillorum robur additum; ne tum quidem sic satis firmum contra homines nihili fideique sublestæ. De Græcis proditum est, si vel centum nummos aureos mutuarent, actuariis publicis decem, sigillis viginti opus fuisse; neque sic tamen fidem servasse, Romanis unum verbum suffecisse. *Vid. Bodin. lib. 5. de Rep. cap. fin. Carpzov. decis. illustr. 52. in pr.* Apud majores nostros inter extrema opprobria habitum, si quis sigilli sui fide non sterisset; ita namque inter leges equestres, ab Henrico Aucupe, ut fertur, latas, legitur: Welcher vom Adel geböhren/der siegelbrüchig / meinandig/ ehrloß erkandt/ gescholten/ und dafür gehalten wird/ daß derselbe in keinen Thurnier zugelassen werden soll/ käme aber einer über solches darein geritten / mit dem soll umb sein Pferd geturnieret/ und er im offenen Thurnier auff die Schrancken gesetzt werden. *Limn. Jur. Publ. lib. 6. c. 5. n. 14. art. 4. & n. 22. Add. Cicer. lib. 1. ep. 1. ad Q. Fratr. Chil. König de process. cap. 90. n. 3. Wesenbec. consil. 38. n. 66. & consil. 52. n. 14. Carpzov. decis. illustr. 28. n. 20.*

14. Subsistit autem regula, (1.) si ipse sigillans scripturam istam viderit, legerit, vel intellexerit. *arg. l. 2. ibiq. Gl. C. de reb. alien. nō alien. c. 2. X. de fid. instrum. Köppen part. 1. decis. 46. n. 27. Menoch. lib. 2. presunt. 57. n. 42.* quanquam lectio illa & cognitio in dubio præsumatur. *Viv. lib. 1. Comm. opin. 387. n. 6. Coler. de process. exec. part. 3. cap. 1. n. 130. Gothofr. ad l. 6. C. de fidejuss.* (2.) Si quis subsignet animo inducendæ obligationis, non verò si tanquam testis id faciat. *arg. d. l. 6. C. de fidejuss. l. 26. §. 1. ff. de pignor. l. 39. in fin. ff. de pignor. act. l. 34. §. 2. ff. de leg. 2. Gödd. ad l. 39. in pr. n. 4. ff. de V. S.* In dubio autem, quando aliud non apparet, sigillum potius authorisationis, quàm

quàm obligationis ratione appositum censetur. *Coler. d. cap. 1. n. 135.*
 Tutius tamen clausulam adjici, si quis tanquam testis subscribat,
 & signet, daß er als Zeuge auffersuchen N. N. sein Putschafft zu
 End dieses Briefs gedruckt oder angehänget/doch ihm/seinen Erben
 und Nachkommen ohnschädlich/ etc. *Höpingk de jure sigill. c. 10. n. 75.*

15. Locum habet regula nostra, etiamsi quis annulo vel si-
 gillo alieno in defectu proprii utatur. *arg. cap. 2. de offic. ordin. in 6.*
 modò res non sit majoris præjudicii, & expressè addatur, ob signa-
 tionem alieno sigillo ex voluntate domini esse factam. *Angel. ad §.*
5. l. de Testam. ordin. Felin. ad cap. 2. X. de fid. instrum. n. 34. & seqq.
Menoch. d. l. 2. præsumt. 57. n. 31. Carpzov. decis. illustr. 27. n. 9. & seqq.
vid. supr. th. 11. n. 2. Nisi enim hoc fiat, facilè circa recognitionem si-
 gilli alieni hæsitatio suboriri posset, quæ postea rem dubiam vel su-
 spectam redderet; unde etiam testes in testamento si alieno an-
 nulo signent, tutius est, idem exprimi in subscriptione. *Sichard. ad*
d. l. 12. C. de testam. n. 7. Höpingk d. l. cap. 4. n. 100. & seqq. In du-
 bio autem præsumitur alienus annulus vel signum voluntate do-
 mini appositum esse. *arg. cap. 5. X. de probat. cap. 2. ibiq. Decius n. 2. X.*
de fide instrum. Wesenbec. consil. 14. n. 4. maximè si sit sigillum publi-
 cum; in quo minimè necesse est, ut in ejus impressione exprima-
 tur, à quo adhibitum fuerit; siquidem volente ipso domino vel
 ejus custode appositum intelligitur. *Wesenb. consil. 12. n. 12. & 35. n. 9.*
Menoch. d. l. præsumt. 57. n. 7. & seq. Höpingk d. l. cap. 11. n. 19. & seqq.
& cap. 12. n. 57. & seqq. maxima autem cura in ejus custodiâ esse de-
 bet. *arg. l. 77. §. 11. ff. de leg. 2. Höpingk de jur. sigill. c. 6. n. 25. & seqq.*
 & si fortè amittatur, novum cum adjectione formandum, & si pu-
 blicum sit, proclamandum, quod si in posterum literæ inveniuntur,
 amisso sigillo notatæ, non valeant; sed sint irritæ. *Höpingk d. l. c. 14.*
n. 179. Notarius tamen nunquam alieno annulo signare potest.
arg. Nov. 73. cap. 8. Angel. ad d. §. 5. de T. O.

16. Quid dicemus, si nulla sit subscriptio, solum autem si-
 gillum adjectum, an tenebitur sigillans? Resp. Si ipse sigillans suâ
 manu scripserit, per sigilli solam appositionem contenta confir-
 mare præsumitur. *arg. l. 11. C. qui pot. in pign. l. 20. §. 1. ff. de testam.*
milit. Secus est, si alienâ manu sit confectum instrumentum. *arg.*
l. 22. §. 4. ff. qui testam. fac. poss. cap. 5. X. de probat. ibiq. Felin. in pr. &

in cap. 7. X. de probat. n. 6. & 7. Excipiunt Dd. (1.) si tales literæ sigillatæ producantur contra sigillantem, nam tùm contra eum valere illas, non verò eidem prodesse. arg. l. 26. §. fin. ff. de pos. l. 65. ff. de procur. Decius in d. cap. 5. n. 1. & seqq. X. de probat. Felin. d. l. n. 9. etiam si manu sigillantis non sint scriptæ. Capell. Tholosan. quest. 24. & 31. Carpzov. I. F. p. 1. constit. 17. defin. 21. n. 2. & 3. (2.) Delegationes iudicum, quæ per sola sigilla ordinantur. Felin. d. l. n. 10. Mascard. de probat. concl. 491. n. 1. & seqq. modò persona exhibens delegationem, non sit suspecta. arg. l. un. §. II. C. de Latin libert. toll. v. gr. si sit domesticus ejus, cujus asseritur sigillum. Mascard. d. l. n. 4. Menoch. lib. 2. presunt. 58. n. 9. & seqq. Höpingk d. l. cap. 10. n. 30. & seqq. (3.) Literas citatorias, similesque, in quibus leve præjudicium versatur; ut si Episcopus testetur aliquem esse Clericum, &c. Baldus in l. 22. circ. fin. C. de Episc. & Cler. Felin. d. l. n. 11. & 12. & tandem (4.) si consuetudine sit receptum, ut solo sigillo stetur. arg. c. 9. X. de fid. instrum. l. 1. C. de emanc. liber. Bl. in l. 2. C. de reb. alien. non alien. & in rubr. vers. quæro ergò. C. de fid. instrum. Menoch. d. l. presunt. 57. n. 22. de quâ attestatur id. de arbitrar. jud. lib. 2. cent. 2. cas. 113. n. 6. Ruland. de Commissar. p. 2. lib. 5. c. 30. n. 4. Præsertim, si Secretarii vel similes personæ subscribant. Ioh. Zanger de Except. p. 2. cap. 8. n. 27. Berlich. p. 1. concl. 14. n. 83. & seqq. Ruding. cent. 4. obs. 62. n. 2. in fin. Speidel. observ. lit. d. n. 152. in v. **Sigill.** vers. hinc est, Carpzov. decis. illustr. 28. n. 8 & seqq. Unde sæpissimè Dd. subscriptionem & subsignationem pro æquipollentibus habent, & hinc inde argumentum deducunt. arg. cap. 2. ibi: literas seu sigilla. X. de solut. l. 26. §. 1. ibi: aut signo suo aut aliâ scripturâ. ff. de pign. Wesenb. consil. 12. n. 10. & seqq. & consil. 14. n. 62. Vult. vol. 3. Consil. Marpurg. 34. n. 79. Ruding. d. obs. 62. n. 1. in fin. Carpzov. decis. illustr. 27. n. 2. Höpingk d. l. c. 10. n. 65. c. 11. n. 69. 170. 175. 230. & seqq. & cap. 15. n. 92. & seqq. n. 106. 135. & seqq.

17. Queritur, si quis alterius sigillum ostendat, eiusq; nomine aliquid petat, an illi tanquam procuratori fides sit habenda? Affirmant Dd. modò non sit res magni præjudicii, quæ petatur, v. gr. Wann man auff Vorzeigung eines Pitschiers etwa einige Maas Wein absolgen läßt. Vid. Decius in c. 48. n. 7. & 10. de appell. Ioach. Bürgers cent. 3. obs. milit. 16. modò non sit præsumtio contra portantem, quasi sigillum

gillum surripuerit. *arg. d. l. un. §. II. C. de latin. libert. toll.* aut si antea conventum esset de alia personâ. *Baldus in l. 7. C. de de furt. Decius d. l. n. 9. Höpingk de Iur. sigill. c. 6. n. 61. & seq.* Si vero præcesserit conventio, ut nimirum hanc vel illam rem exhibenti credatur, tunc id fieri poterit. *arg. l. 52. §. II. ff. de furt. Dec. d. n. 78. Höpingk d. l. n. 50. & 58.* Idem dicendum, si consuetudo loci vel personarum hujusmodi mandata probet. *Dec. in cap. 5. n. 6. & cap. 7. n. 42. in fin. X. de probat. Menoch. d. præsumt. 57. n. 23.* Minimè itaque excusantur gubernatores arcium, qui cum sigillo domini venientibus easdem cedunt. *Menoch. d. l. n. 18. Bürgerers d. l. ubi in fin. ad tit.* Laudi potius ipsis fore, si ne quidem ad speciale mandatum Superiorum, illi cedere sibi commissas cedunt, sed potius id iterum iterumque expectent. Sed an sufficit sola subscriptio, si in instrumento mentio quoque facta subsignationis? *Resp.* Si id inter contrahentes convenit, servandum erit, ut adeo imperfectus sit contractus, si sigillatio defecerit. *arg. l. 1. §. 6. ff. de pos. & cap. 2. ibiq. Dd. X. de pact. Gl. in l. 17. in voc. absoluta. C. de fid. instrum. l. 31. in vocab. scribuntur. & in voc. alius. C. de donat.* Aliud verò dicendum, si majoris evidentiae gratiâ sigillum apponi placuit. Nam tunc si ex conjecturis constet, partes voluisse, ut contractus statim valeret, sigillum omissum contractum non vitiat. *Höpingk d. l. c. 14. n. 175.* Et regula quidem est, sicuti sigillans approbet & confirmet negotium, ita non secutâ impressione eundem dissentire, & non approbare; quæ tamen limitationem recipiat, si subscriptio sit subsecuta. *vid. Höpingk d. l. c. 14. n. 171. Add. eund. n. 134. & seqq. & n. 177.* ubi aliam limitationem subjungit, si nempe ipsæ partes sigillum appositum esse asserant.

18. Sed quid de chartis puris seu vacuis, vulgò **Membranen/Blancet**, quæ à dominis sub sigillo & subscriptione suâ legatis aliisque mandatariis committi solent, statuendum? Rem periculi plenam esse, concors *Dd.* sententia est; *vid. Cuspinian. in Aurelian. Imper. Boer. decis. 88. Paul. Fuscus in singul. lit. S. in voc. subscribens. Höpingk d. l. n. 68. & seqq.* quæ & ipsis Electoribus non minimam præbuit occasionem Wenceslai Imp. exauctorandi: ita enim sententia exauctorationis inter alia: *Præterea membranas nudas per plures nudas rasant, sua tamen Majestatis sigillo munitas amicis pecuniâ*

pecuniâ vendidit, in quibus cum illis, tum aliis, in quorum manus istius-
modi membrana venerunt sub Regio sigillo, quæ scribere vellent, licuit.
Quæ ex re, ob Sacri Romani Imperii Iurium & emolumentorum damnosam
imminutionem & dissipationem, gravis querela suborta sunt. ap. Goldast.
tom. 1. Constit. Imperial. ad ann 1400, p. 379. Hottom. de feud. cap. 41.
Unde quæstio illa nata, an Privilegia à Wenceslao concessa vim
suam obtineant? ad quam cum distinctione respondet *Limn lib. 2.
cap. 11. n. 33. in Addit. 1. p. 265. Add. Rümelin. p. 1. dissert. 1. ad A. B. th. 3.
lit. c. Höpingk d. l. n. 111. & seqq. Speidel. in observ. lit. C. n. 25. in voc.
Carta bianca. vers. unde factum. Dn. Sprenger Institut. Iur., Publ. lib. 1.
cap. 6. pag. 36.*

19. Etsi verò Dd. communiter statuunt, sigillum in chartâ
vacuâ positum non obligare. *Coler. de Process. execut. c. 1. n. 29. & 130.
Köppen decis. illustr. 46. n. 27. Berlich. p. 1. concl. 14. n. 94. neque si-
gillantem censi ea, quæ postea se ignorante conscripta sunt, ap-
probasse. arg. l. 2. C. de reb. alien. non alien. l. fin. C. plus valer. quod ag.
Felin. in cap. 2. X. de fid. instrum. n. 37. & in cap. quoniam. 11. n. 48. X. de
probat. Menoch. d. præsumt. 57. n. 41. nisi postea eandem sine con-
tradictione receperit, atque inspexerit. arg. l. 12. ff. de transact. l. 2.
§. inspectio. 5. ff. quemadm. test. aper. König de processu cap 90, n. 6. Me-
noch. lib. 3. præsumt. 66. n. 29. Höpingk de Iur. sigill. c. 6. n. 115. &
seqq. tamen id ita intelligendum putamus, si procurator v. gr. ab
initio vacuam chartam ostenderit, & tunc contra datam domino fi-
dem aliud conscripserit. Nam si post acceptam chartam puram
in scio domino obligationem mutui perfecit, cum creditori nihil
imputari possit, merito tenebitur dominus, qui suæ facilitati im-
putare debet, quòd temerè chartam illam vacuam alii crediderit,
uti rectè *Angel. Consil. 370. Fuscus d. n. 80. Berlich. d. l. n. 95. & seqq.
quanquam mandatarii de ruptâ fide tenentur. Höpingk d. l. c. 6. n. 128.
Illud extra dubium asserenti se chartam vacuam dedisse, sed igno-
rantiam eorum, quæ inscripta sunt, alleganti incumbere probati-
onem. Mascard. de probat. concl. 1341. n. 17. & seqq. Menoch. de arbitr.
jud. lib. 2. centur. 2. cas. 113. n. 5. Coler. d. cap. 1. n. 130. Mager. de ad-
vocat. armat. c. 9. n. 86. Höpingk d. l. n. 114. & 155.**

20. Pariter quamvis certum sit, chartam vacuam à parte
quidem subsignatam, sed non conscriptam, loco mandati suffici-
entem

entem non esse. *Berlich. d. concl. 14. n. 91. & seqq. Höpingk d. l. n. 116.* tamen cum cautione de rato sufficere videtur. *arg. c. 34. in pr. X. de offic. & potest. iudic. deleg. junct. c. 2. X. de solut. Felin. in d. c. 34. n. 9. vers. secundo. X. de offic. & potest. iudic. deleg. Höpingk d. l. c. 6. n. 138. & seqq.* Idem dicendum, si consuetudinis sit, chartæ vacuæ sigillatæ vim probandi attribui. *arg. c. 19. X. de fid. instrum. Stylus, & mos Curiarum etiam hæc in parte observandus est. Bl. in rubr. C. de fid. instr. circ. fin. vers. septimum. Gödd. ad l. 39. in pr. n. 3. ff. de V. S. Höpingk d. l. c. 6. n. 125. & 144. & c. 4. n. 36. c. 11. n. 315. & seqq.* Quid verò si præter subscriptionem additum fuerit, v. g. in chartâ illa pura mandatum esse conscribendum in tali causâ, &c. an tùm sufficiat? Resp. hæc tenus quidem illi standum esse, quantum ad ea quæ sub generali mandato veniunt, minimè verò in iis, quæ speciale mandatum requirunt. *arg. c. 16. c. 23. X. de jure jur. Berlich. d. concl. 14. n. 93. Höpingk d. cap. 6. n. 126.*

21. Diximus consuetudinem circa sigilla maximè esse spectandam: Unde cum aliquando Principes Italiæ, contra fidem non modò Francisci G. R. ore confirmatam, sed in tabulas quoq; relatam, & Regis manu subscriptam captivos se teneri quererentur; responsum illis est, fidem Regiam, quamvis inchoatam atq; à Rege subscriptam, perfectè tamen datam intelligi non posse, nisi Regio sigillo obsignata, atque à libellorum magistris subscripta fuerit. Hunc esse in omnibus privilegiis & publicis monumentis vetustissimum cujusvis aulæ morem, idque in eum finem observari, ut si quid ab ore Principis, sive curis sive negotiis occupati, sive parùm de re edocti fortè cecidisset, corrigi queat. *Vid. Fr. Guicciardin. lib. 3. Hist. Ital. Add. Covarruv. pract. quest. 22. n. fin. in fin. ubi sigilla de substantiâ Regiarum literarum esse, ait. Ita si in Camera in causâ debiti mandata S. C. extrahenda sunt, non sufficit originalem obligationem exhiberi, sed debitoris quoque responsio de solutione interpellati & fortè dilationem petentis cum supplicatione accedere debet, ita tamen, ut confessio illa debitoris non manu solum ipsius, quippe quæ dubia esse potest, sed sigillo quoque muniatur; docente Höpingk de iur. sigill. cap. 10. n. 90. Unde si alterutrum deficiat, denegantur. vid. R. Imp. Deputat. de an. 1600. §. ebenermassen. 35. Schvvanmann. obs. Cameral. c. 33. n. pen. & ult. Höpingk d. l. cap. 11. n. 34. & seq.*

22. Ex

22. Ex quibus omnibus constare poterit, (1.) nisi ex lege, statuto, vel consuetudine contrarium expressè requiratur, (exemplum in assessoribus. *l. fin. §. 2. C. de offic. assess.* in testamentis scriptis. *l. 21. C. de testam. l. 22. §. 4. ff. eod.* Notariorum instrumentis. Höpingk *d. l. c. ult. n. 32. & seqq. & c. 15. n. 83. n. 196. & seqq.* Carpzov. *decis. illustr. 27 in pr.*) sigilla inter appendices scripturarum poni; quæ robur illis ingens addant, ad substantiam autè non pertineant. *arg. can. 7. caus. 25. quest. 2. l. 1. C. de mandat. Princip. Menoch. de arbit. jud. lib. 2. controv. 2. cas. 113. in fin. Cothman. vol. 5. resp. 26. n. 24.* (2.) Ipsum Instrumentum propterea non vitiari, si fortè sigillum corruptum vel deperditum reperiatur. *arg. l. 7. ff. de B. P. sec. tabul. Felin. in cap. 6. n. 5. X. de fid. instrum. Besold. Thes. pract. lit. S. n. 76. in voc. Sigill. circ. fin. Höpingk d. l. cap. 11. n. 5. & seqq. & c. 14. n. 176.* (3.) Quanquam ad evitandas cavillationes ne dubitari possit, sigillantem ipsius appositionis causam ignorasse, illam apponi tutius sit, tamen, si illud omissum fuerit, probationem à sigillo sumendam, non statim corrumpere; modò aliunde, puta ex subjectâ materiâ, testium depositionibus, naturâ & qualitate rei &c. illa deduci queat. v. g. si dicatur, feudum consensu domini obligatum, eique scripturæ sigillum domini reperiatur appositum &c. *Menoch. lib. 2. presunt. 57. n. 9. & 12. Höpingk d. l. cap. 11. n. 22. & seqq.* cum certum sit subscribenti & sigillo suo confirmanti contractum vel negotium, quod illo invito fieri nequeat, non tantùm subscriptionem vel sigillationem, sed etiam dissimulationem nocere. *arg. l. 26. §. 1. ff. de pign. l. 2. C. si aliena res pign. l. pen. vers. scientibus ff. de re judic. Gödd. vol. 1. Consil. Marpurgens. 25. n. 157. Höpingk d. l. cap. 15. n. 161.* (4.) Cum voluntate ejus, cujus sigillū est, impressum esse præsumatur, v. s. *th. 13.* non illi, qui in sigillo intentionem suam fundat, contra negantem, probationem incumbere, uti volunt *Covarr. tom. 2. pract. quest. 22. n. 9. Menoch lib. 2. cent. 2. arbit. quest. cas. 113. n. 3.* sed potius neganti: quippe contra quem præsumtio est. *arg. l. 5. l. 9. ff. de probat. l. 28. §. 3. in fin. ff. de liberat. leg. cap. 10. extr. de probat. Vid. Coler. de Proc. Exec. p. 3. c. 1. n. 128. Höpingk d. cap. 11. n. 47. & seqq. Add. n. 143. & n. 247. & seqq.*

23. Et hæc vera sunt in sigillis privatorum, quibus consensum suum declarant; quæ etiam æquè attenduntur in sigillis Principum, Civitatum & Universitatum, ubi earundem propriis negotiis apposita sunt. Höpingk *d. cap. 11. n. 92. 109. & 171. & seqq.* Nam si aliis

aliis literis vel monumentis confirmationis gratiâ accedant, probationem probatam, uti Dd. loquuntur, inducunt. *Vult. vol. 1. consil. Marpurg. 15. n. 84. Cothman vol. 1. respons. 68. n. 10. & instrumentis publicis æquiparantur. c. 2. in pr. de offic. ordin. in 6. Wesenb. consil. 14. n. 61. & cons. 35. n. 8. Köppen decis. 46. n. 42. Höpingk d. l. cap. 11. n. 89. & seqq.* non solum in præjudicium aliorum, sed etiam in ipsorum Principum & Civitatum, &c. *Wesenb. d. cons. 14. n. 62. Höpingk d. l. n. 96. & seq. & n. 151. & seqq.* modò tamen ejusmodi sint sigilla, quæ negotio inserviant, v. g. si Episcopus sigillo suo confirmet collationes beneficiorum, ordinum, &c. sigillum namque in his tantum probat, ad quæ inventum est. *arg. c. 48 pr. X. de appell. Covarrav. d. quest. 22. n. 9. Höpingk d. l. n. 98. & seqq. n. 115. 191. 200. & c. 9. n. 10. & seqq. & n. 21. c. 15. n. 19.* unde si Magistratus loco sigilli publici privatum imprimat, scripturam authenticam non reddit. *Id. d. l. cap. 11. n. 188. & seq.* Idem est, v. gr. si Prætor Perusii, cujus tamen sigillum publicum est, sigillaret contractum privati. Nam propterea contractus autoritate carebit, quod officium Prætoris ad hoc institutum non sit. *Bl. in rubr. C. de fid. instr. circ. fin. vers. secund supplementum.* Juris namque est, si sigillum extra usum suum adhibeatur, licet non in totum falsitatem, suspicionem tamen gignat. *Ruland. de Commiss. p. 2. lib. 5. cap. 30. n. 12. Höpingk d. l. c. 9. n. 21.* nisi causa exprimat, quod scilicet propter sigilli ordinarii, quod tunc præ manibus non erat, dominus aliud sigillum suum apposuerit. *Höpingk d. l. n. 11. & 28.* Neque opus est subscriptione domini, aut Cancellarii, Secretarii vel Actuarii, nisi Curia stylus ita observet. *Guid. Pap. decis. 175. n. 1. & decis. 481. n. 1. Höpingk d. l. c. 11. n. 107. & seqq. & c. 15. n. 112.* Ita si instrumentum Notarii in longinquis regionibus sit producendum, non creditur ei, nisi adsint literæ testimoniales, cum sigillo Magistratus loci, &c. *Viv. lib. 1. comm. opin. 387. n. 2. Höpingk d. l. c. 11. n. 104. & c. 4. n. 32. & seqq.*

24. Itaq; sigilla Magistratum plenam fidem in propria causa non faciunt. Exemplo namque perniciosum esset, illis in suum commodum abuti. *arg. l. 7. C. de probat. & t. t. C. ne quis in propr. caus.* Fallere id ajunt Dd. in Principe, qui superiorem non agnoscat; qui sicuti in causa propria judicare. *l. 41. ff. de hered. instit. l. 3. ff. de his, que in testam. delent.* ita quoq; sigilli sui impressione scripturam authenticam etiam in causa propria facere potest. *arg. Clem. un. de probat. Felin. in c. post cessionem. 7. n. 17. C. de fid. instrum.* v. g. si sententia pro

C

Rege

Rege lata probetur, per scripturam ejus sigillo corroboratam. *Bl. ad d.l. 7 circ. fin. C. de probat. Höpingk d.c. 11. n. 174* Quod tamen limitant Dd. si res sit maximi præjudicii & in grave damnum tertii vergeret. *Gl. in d. Clement. an. Mynsing. cent. 5. obs. 34. n. 6. Menoch. lib. 2. præsumt. 10. n. 24. & lib. 6. præsumt. 59. n. 4. & 5.* aut si non subditum concernat; quippe cui Princeps præjudicare nequeat. *Mynsing. d.l. Menoch. d. præsumt. 10. n. 26. Dn. Myler. in Nomolog. Ordin. Imperial. cap. 3. n. 7. & 8.*

25. Licet quoque sigilla à privatis apposita eandem cum publicis auctoritatem non habeant. *Coler. de process. exec. part. 3. c. n. 93. & seq.* receptum tamen est, ut sigilla privatorum contra sigillantem, ejusque successores probent. *Wesemb. consil. 11. n. 9. & consil. 12. n. 62. Köppen decis. 46. n. 43. Höpingk d. cap. 11. n. 255.* modò constet ejus voluntate esse apposita; quanquam subscriptio deficiat. *Viv. d. opin. 387. n. 5. Höpingk d. cap. 11. n. 257. & seqq.* ita, ut non opus sit ullà recognitione. *Chilian. König de process. c. 90. s. part. 1. c. 39. n. 2. Köppen d.l. Höpingk d.l. n. 272. & seq.* Si verò quis ex errore aut ignorantè sigillavit, aut super eo, quod ad se non pertinebat, seque invito fieri poterat, nullum exinde præjudicium oritur. *arg. l. 39. ff. de pign. act. l. 14. C. si cert. pet. c. 16. Ib. Gl. X. de transact.* Nam si alienationem suæ rei ab alio factam sciens subsignaverit, quam impedire poterat, procul dubio subsignatio sibi nocebit. *arg. l. 1. §. sed etsi. 4. ibiq. Gl. ff. quod jussu. l. pen. §. 1. ff. de in rem vers. Höpingk d.l. n. 269. vid. supr. th. 22. n. 3.*

26. Notandum præterea (1.) hunc sigillorum quoque esse effectum, ut si rebus mobilibus, v. gr. emtis apposita sint, possessionem translata indicent. *l. 14. §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend. modò utriusque consensu & præsentia id fiat. l. 1. §. si jusserim. 21. ff. de adquir. possess. Höpingk d.l. c. 11. n. 319. & 321.* (2.) Si rei autem liquidæ, v. g. vino, oleo, &c. sigillum sit appositum, non quidem traditionem operabitur, periculum autem transfert in signantem. *l. 1. in fin. pr. & §. 2. ff. de peric. & comm. rei vend. Gl. in d. l. 14. §. 1. Chilian. König de process. c. 90. s. part. 2. c. 39. n. 6. Höpingk d.l. n. pen. & ult.* (3.) Uti insignia Principis in Curiis, portis depicta jurisdictionem; in templis jus patronatus præbent. *Wesemb. consil. 21. n. fin. in pr. Wehn. pract. obs. lit. H. in voc. Helm. &c. Speidel. observ. lit. W. n. 42. in voc. Wapen. vers. in materiæ.* ita ubi signa nostra insculpta vel depicta noscun-

noscentur, eas res nostras esse præsumi. *arg. l. 2. 3. & fin. ff. de oper. publ. Auth. dos data. C. de donat. ante nupt. c. 12. de sentent. excomm. in 6. Nic. Boer. consil. 5. n. 13. Höpingk d. l. n. 320. & c. ult. n. 82. & seqq.* præcipuè in mercatoribus. *König d. l. n. 7. ibi: Die Sigel und Zeichen der Kauffleuch und Händeler / so die werden auff die Ballen oder Fässer gerrucktet oder gezeichnet / wie gewöhnlich ist / beweisen / daß die Güter denen zuständig / welchen die Siegel und Zeichen seind. Berlich. p. 1. concl. 36. n. 93. Add. Carpzov. I. F. p. 3. constit. 20. defin. 34. ubi docet, viduam non posse ex eo probare bona mobilia illata, quod suo signaculo sint notata. (4.) Custodiæ causâ adhibere sigilla, ne quid negligentia aut furto pereat. arg. l. 15. §. 1. ff. de testam. milit. l. fin. ff. de L. Commiss. l. 1. §. 36. ff. de pos. Daniel. 6. v. 17. Matth. 27. v. 66. unde illa exclamatio: ap. Plin histor. natural. lib. 33. c. 1. Quæ fuit illa prisorum vita, qualis innocentia, in qua nihil signabatur! At nunc cibi quoque & potus annulo vindicantur à rapinâ. Add. Höpingk d. l. c. 2. n. 79. & seqq. & c. 10. n. 5. & 84. (5.) Qui prius sigillat, præ reliquis præcedentiam habere. arg. l. 1. ff. de alb. scrib. Gl. in c. 6. in voc. sessionibus. X. de consuetud. Höpingk d. l. c. 8. n. 73. & seqq. & c. 14. n. 10. & seqq. (6.) Cui sigillum aufertur, eidem signatum videri ablatum; e. gr. Si à Cancellario sigillum Principis repositur, à Notario sigillum Notariatus, & c. ab ipso officio remoti vel suspensi videbuntur. arg. c. 56. X. de appell. Höpingk d. l. c. 14. n. 163. (7.) Solennis pecuniæ obsignatio est modus obligationis tollendæ certissimus, & cursum usurarum perpetuè sistit. l. 1. §. ult. l. 7. l. 41. §. 1. ff. de usur. l. 6. l. 19. C. eod. l. 9. C. de solut. & simil. text. Umm. de process. disp. 23. n. 46. (8.) Si testamentum septem testium signis signatum, sed per intermedium fortè tempus ruptum & irritum factum sit, ante mortem tamen testatoris hoc impedimentum sublatum reperitur, Prætor bonorum possessionem secundum tabulas dare potest. l. 12. ff. de injust. rupt. & irrit. l. 1. §. 8. ff. de bon. possess. sec. tab. §. 6. l. quib. mod. testam. infirm.*

27. Sicuti autem annuli olim non luxus aut ornamenti, sed signationis gratiâ usurpati, idquè manus sinistrae tanquam otiosiori digito, qui propterea annularis vocatur, fortè ne aurum tam facile obtereretur, cum exporrigi sine aliorum comitatu nequeat, & propterea attritui non sit obnoxius. Höpingk d. l. cap. 2. n. 49. & 117. vel potius, quòd in eo vena quædam, ut fertur, sanguinis ad cor

usque perveniat. *can. 7. caus. 30. quest. 5. P. Rebuff. ad l. 74. ff. de V. S.*
 ita aliâ quàm annuli formâ subsignare nihil vetat. Et sanè diver-
 sis signaculis patres familiâs uti solent; alio namque, quod doliis
 ligneisque instrumentis, imò ovibus, suibus, &c. inurunt; alio,
 quod suppellectili, &c. *Höpingk d. l. cap. 1. n. 24 & cap. ult. n. 76. &*
seqq. Carolum M. ipsum sigillum custodivisse, quod capulo gla-
 dii insertum fuerit, testis est *Eginhard. in eius vit. Höpingk cap. 6. n. 4.*
Carpzov. decis. illustr. 28. n. 19. Cæterum ornamento legato annu-
 lus signatorius non debetur. *l. 25. § 10. ff. de aur. & arg. leg. l. 74. ff.*
de V. S. Ruding. cent. 4. obs. 10. neque ad utensilia vel geradam per-
 tinet, sed ad res hæreditarias. *Ioachim. à Beust de marrim. art. 71.*
vers. circa hanc. Höpingk d. l. cap. 2. n. 132. & seqq. Besold. Thes. Pract.
lit. P. n. 14. in voc. Pertschafft. & annulus ille signatorius, cuiq;
 apud Romanos concedebatur, pro usu ac necessitate; jus aureo-
 rum annulorum liberti impetrare tenebantur: Aureo enim liberi,
 argenteo liberti, servi ferreo utebantur. *vid. Gödd. ad d. l. 74. ff. de*
V. S. in fin.

28. Solent mala nomina quod semel scripto vel sigillo pro-
 fessi sunt, sæpè abnegare: itaque recognitione opus est, ut si sub-
 scriptionem vel sigilla recognoverint, eo ipso vincantur de iis,
 in quorum fidem subscripserint, assignaverintque. Quin imò
 improbi actores, ne ansam habeant adulterina sigilla falsasque
 subscriptiones supponendi, adversariis eadem ad recognoscendum
 exhibere debent. *Berlich. p. 1. concl. 44. in pr.* Quia enim sigil-
 lum est res muta, inanimata, & per se nihil probans, sed ciffræ ac
 chimeræ instar. *Bald. in l. 19. C. de furt. Felin. in cap. 5. in pr. X. de pro-*
bat. facile quoque fieri potest, ut alicui sigillum surripiatur, com-
paratio itidem scripturæ fallax & debile sit indicium. arg. Nov. 73.
in fin. pr. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cas. 114. n. 13. & seqq. idè pro-
 vidus iudex, si producat instrumentum privatum, sibi incogni-
 tum, antequam secundum id iudicet, partes prius ad recognitio-
 nem citare cogitur. *arg. l. 65. ibi: literis ejus approbatis. ff. de procur.*
l. 4. & seq. ff. testam. quemadm. aper. l. 3. §. 7. ff. de tabul. exhib. cap. 1.
circ. fin. ibi: pro ineundis, vel recognoscendis contractibus. de foro compet.
in 6. Coler. de process. execut. part. 3. cap. 1. n. 93. & seqq.

29. Citatus si recognitionem facere recuset, vel differat, cau-
 tela

tela est pro actore, ut petat scripturam vel sigillum in contumaciam haberi pro recognitis: quo casu non aliter proceditur ad executionem, ac si probè fuisset recognita & confessata. *Coler. d.l.n.101. Gail.1. obs.80. n.6. Köppen decis.illustr. 46. n.33. Berlich. part.1. conclus.44. n.59. Ruland. de Commissar. part.2. lib.5. cap.39. n.5.* In causis namque civilibus sigilla, in contumaciam non recognoscentis, in termino præfixo pro recognitis acceptantur. Unde si debitor citatus non compareat, neque recognoscat manum & sigillum sui chirographi, manus & sigilla ipsius pro recognitis habentur, causaque ex officio pro conclusâ acceptatur, & reus ad solutionem definitivè condemnatur, ita ut ne quidem dilationem impetrare queat, vel appellationi sit deferendum. *Gail. 1. de P. P. cap.15. n.15. & seq. Hopingk d. cap.13. n.143. Umm. de process. disp.17. n.24.* Fit autem recognitio ad mandatum judicis, qui jubet scripturam (mediate juramento, si testes recognoscant, *Rutger. d.l.n.24. & seqq. Berlich. d.l.n.22. & n.47. & seqq.* si verò ipsa pars, tum demum si diffiteatur. *Ruland. d.l.n.12. & seqq. Berlich. d.l.n.44. & seqq.*) productam recognoscere, interrogando reum, an sit scripta ipsius manu, vel roborata suo sigillo. *arg. l. pen. ff. de interrogat. Bl. in Auth. si quis. circ. fin. C. qui pot. in pign.* Licet enim ad comminationem executionis sufficiat, editio instrumenti facta judici, tamen ad realem executionem ante recognitionem veram vel fictam partis produci nequit. *Coler. d.l. cap.8. n.18. & seq. Ruland. d.l. cap.39. n.2.* Quid verò, si recognoscens instrumentum pro verâ obligatione sigillo suo confirmatâ, protestetur, se citra recognitionem hoc dicere? Resp. protestationem non facere, quò minus recognitio subsistat. *Carpzov. I. F. part.1. constit. 17. def.16. n. & seqq.*

30. Ut autem recognitio illa fidem plenam obtineat, requiritur (1.) ut fiat in judicio. *arg. l.1. & t. t. ff. de interrogat. Berlich. part.1. conclus. 44. n.56.* non quidem quasi semper opus sit, ut iudex pro tribunali sedeat: sed quod sufficiat, in summaris scilicet, si recognitio coràm iudice, etiam extra locum solemnem iudicii expediatur. *arg. l. 4. in fin. ff. de interrogat. l. 2. §. 1. ff. quis ordo in bon. poss. l. 3. §. pen. ff. de bon. poss. Coler. d. part. 1. cap. 1. n. 104. & seqq. Berlich. d.l. n. 3.* (2.) Ut fiat bonâ fide, non fraudulenter in præ-

judicium creditorum. *Berlich. p. 1. concl. 44. n. 8.* ut si maritus quidem recognoscat instrumentum dotale, addat tamen, uxorem sibi dotem intulisse, uti in instrumento contineatur. *arg. l. 2. ff. que in fraud. cred.* Nam hæc recognitio non aliter probat, quàm si de reali adnumeratione dotis aliàs constet. *Coler. d. cap. 1. n. 108. & seqq. (3.)* Ut intelligatur facta in præjudicium ipsius scribentis, vel sigillantis, non verò tertii. Unde si sigillum instrumenti privati recognitum sit, paratam executionem non habebit, in fraudem illius, qui pignus ex publico instrumento probat. *arg. l. 11. C. qui pot. in pign. Coler. d. cap. 1. n. 123. & seqq. Köppen decis. illustr. 46. n. 27.*

31. (4.) Ut fateatur recognoscens non solum sigillum suum esse, sed voluntate suâ impressum. *Coler. d. cap. 1. n. 127. Berlich. d. concl. 44. n. 9. Imm. d. l. n. 24. & (5.)* contenta instrumenti à se esse lecta & intellecta. *Coler. d. c. 1. n. 128. & seqq. Berlich. d. l. n. 11.* quanquã utrumq; in sigillante præsumatur, ut aded ad probationem contrariam sit adstrictus, *supr. th. 14. n. 1. (6.)* Ut sigillum inducendæ obligationis causâ, non verò testimonii sit adjectum. *Coler. d. c. 1. n. 132. Berl. d. l. n. 12. de quo itidẽ sup. d. th. 14. n. 2.* Quod diximus in loco judicii recognitionem fieri, limitatur (1.) si illa per fœminas, valedudinarios, & egregias personas fieri debeat. *arg. l. 15. ff. de jurejur.* Nam tùm ad eas mittitur Notarius, coràm quo documenta vel sigilla sua recognoscant, sumtibus tamen eorum, qui missionem petunt. *Capell. Tholos. decis. 100. Berlich. d. conclus. 44. n. 4. & seqq. (2.)* Si instrumenta alibi, vel in archivo sint, ex quo difficulter ad locum judicii produci queant, sufficit si à judice mittantur, qui originale inspiciunt, atque de ejus substantia referunt; vel etiam adversarius ad illum locum evocetur ad recognoscendum, & quidem impensis ipsius, qui id petit. *arg. l. 4. §. fin. ff. de edend. Berlich. d. l. n. 57. & seq.*

32. Non opus est recognitione, (1.) in sigillis authenticis, quæ confirmationis gratiâ adjiciuntur, quippe quæ per se plenam fidem faciunt. *c. 1. & 2. X. de fid. instrum. Auth. adhuc. & seq. C. de fid. instr. Nov. 49 c. 2. in fin. l. 11. ibiq; Salicet. C. qui pot. in pign. Nov. 73. c. 8. Coler. de process. execut. cap. 1. n. 92. & cap. 8. n. 19. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cas. 113. n. 5. & 8. Ruland. d. l. c. 39. n. 22.* quanquam usus contrarium observet, ex quo nulla non instrumenta recognoscere vel diffiteri fas

fas est. *Berlich. d. concl. 44. n. 31. in fin. & seq. Carpzov. l. F. part. 1. constit. 17. def. 21. n. 6. Höpingk de iur. sigill. c. 13. n. 30. & 114.* quo casu tamen sufficit, si quis simpliciter recognoscat, *bonâ fide, salvâ veritatis substantiâ*, i. e. citra approbationem contentorum. *Berlich. d. concl. 44. n. 33. Ruland. d. l. n. 17. Rüding. cent. 4. obs. 62. n. 3.* Et illa recognitio in alienis hoc tantum importat, quod externa forma sit illæ *sa & integra. Höpingk d. l. n. 174.* (2.) In instrumentis quæ aliunde, v. g. ex Italiâ, Galliâ, &c. afferuntur, si producens sit integræ famæ, & juret instrumentum esse publicum. *arg. Nov. 73. c. 7. in pr. ibiq. Gl. Azo in summa Codic. de fid. instrum.* tutius tamen, si literas testimoniales sigillo Magistratus munitas de legalitate Notarii unâ exhibeat. *Berlich. d. l. n. 34. & seq.* (3.) In documentis vel sigillis antiquis, quæ ob demortuos testes, tabelliones, & alios recognosci nequeunt; quibus tamen plena fides tribuitur. *l. 10. ff. de prob. quod Reip. admodum utile sit, antiqua in dubium minimè vocari, ne res à Majoribus nostris gestæ perpetuari non possint. d. l. 10. l. 29. vers. sed ne reliqua. C. de testam. Ruland. d. cap. 39. n. 16. n. 20. & seqq. Berlich. d. l. n. 37. & seqq.*

33. Fieri potest recognitio sigillorum, etiam per procuratores, modò speciale mandatum habeant. *Berlich. d. concl. 44. n. 18. Höpingk cap. 13. n. 11. & seqq.* quanquam id periculo non careat. Nam si consententur, omninò quidem præjudicium inferunt; si negant, se scripturam aut sigillum noscere, aut ejus esse, cujus producens affirmat, eorum dictis non statur, sed ipse dominus aut recognoscere, aut diffiteri cogitur. *Ruland. d. cap. 39. n. 19. Berlich. d. l. n. 20.* Unde tutius est, si petant inducias, suamquè ignorantiam dominis referant *Ruland. d. l. n. 18. Berlich. d. l. n. 19.* Civitates verò & Collegia minora non per Syndicum, sed per eos, qui administrant, sigilla sua recognoscere debent. *arg. l. 97. ff. de condit. & demonstr. Ord. Cam. part. 2. art. 10. §. 1. circa fin. Höpingk d. c. 13. n. 17.* qui id ibidem rectè ad Civitates & Collegia minora restringit, quippe quæ jure privatorum censeantur. *Add. Höpingk d. l. n. 158.* ubi formulâ juramenti à procuratoribus præstandi exhibet. Si autem sigilla alicujus esse negentur, probari id poterit, (1.) per testes, qui aliquem sigillare viderint. *Höpingk d. l. c. 11. n. 25.* Imò, si v. g. in testamento unus ex testibus diffiteatur sigillum, non corrumpit testamentum,

stamentum, si modò alia septem sigilla rectè recognita supersint. *Gl. in l. 1. §. fin. in voc. negat. & in voc. suspecta. ff. testam. quemadm. aper. unde expedit plures quàm septem testes adhibere. l. 7. ff. de bonor. possess. secund. tabb. l. 21. in pr. ff. qui testam. fac. poss. junct. l. 17. C. de testam. (2.) Per ipsius sigilli comparationem, ad quam tantò rectius peragendam editio sigilli peti, & aurifabri alii- què, qui sigilla sculpunt, adhiberi solent, ut sigilla conferant. vid. *Höpingk d.l. n. 27. & seqq.**

34. Ex officio quoque judex, & maximè Commissarius, cui hoc negotium, extra locum judicii committitur, considerare, & ro- tulo inferere debet, (1.) Formam sigilli & magnitudinem: cum alia Principum & Civitatum dicantur maxima, ad res maximi mo- menti, alia minora, ad res quotidianas; alia annulis insculpta, ad literas signandas propriè destinata; quorum illa & ista his majo- rem fidem præstant. *Ruland. de commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 9. & seqq.* (2.) In quo loco appensa vel formata sint sigilla. Debent e- nim regulariter in fine instrumentorum poni. *arg. l. 21. vers. finem autem. C. de testam. l. 8. vers. & in fine. C. qui testam. fac. poss. Ru- land. d.l. n. 8. nisi usus aliter observet;* Nam Camera Imperialis, Cancellaria, & Parlamentum Moguntinum sigillum in superiore parte transversà processibus addere solet: fortè quod olim in mo- dum epistolarum sint expediti quæ sigillum à tergo impressum ha- beant. *Höpingk de jure sigill. c. 8. n. 68. & seqq.* ubi addit, se Ferdi- nandi I. Rom. Regis literas ad Burggravium Fridbergensem, de aureo denario Judæorum, vulgò dem guldenen *Oyfer, pfer- ning der gemeinen Judenthafft.* d. 14. Januarii anno 1533. datas vidisse, sigillum post aperturam in summitate extrinsecus in unicipite aquilâ coronaquè exhibentes. *Add. eund. d.l. cap. 9. n. 25. & seq.* ubi addit, sæpiùs quoque literas Principum & Universita- tum intrinsecus majore sigillo, cum impressione minoris sigilli à tergo, Germanicè appellant *contra-Secret, Rück-Siegel/ oder gegen-Secret /* insigniri.

35. (3.) Ceram ejusque colorem considerabit. Usitatum namque, ut alii rubrâ, alii viridi, alii flavâ cerâ uti debeant; se- cundùm dignitatem sigillantium, quæ evertitur, si aliâ cerâ notetur. *Ruland. d. cap. 30. n. 13.* Rubra inter illas dicitur prævalere, quâ
signare

signare iis demum competat, qui veteri consuetudine vel privilegio obtinuerint: quanquam exempla non desint, quibus candidæ ceræ usum potiore esse probare liceat. *Limn. Iur. Publ. lib. I. c. II. n. 26. & seqq. Besold. in Thesaur. pract. in voc. Wachs. Höpingk de Iur. sigill. cap. 3. n. 62. & seqq. & n. 87. addit, quibusdam Nobilibus nigra tantum, viridis plebeis Magistratibus & Dd. rubræ ceræ usum relinquunt.* (4.) An cera sit integra, an à muribus arrosa, & quâ parte corrupta, an obfusca & trita, &c. ed quod integra sigilla maiorem fidem ruptis habeant, & corrupta parum probent, imò nihil, si ruptura sit in medio. *Ruland. d. l. n. 14. & seq. Höpingk d. l. cap. 14. n. 109.* (5.) an ceræ sigillum intinctum, an verò charta ceræ conjuncta, & in charta supra ceram impressum, quod aliter atque aliter in Cancellariis Principum observari solet. *Ruland d. l. n. 18.* (6.) An cera, glutinationis vestigia exhibeat, v. gr. si charta interior sigilli sit vetustissima, & per glutinium novæ chartæ connexum. Nam & tum fidem non faciet. *Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 2. cas. 113. n. 12. Ruland. d. l. n. 16.*

36. An figura sigilli se clarè ostendat, an literæ legibiles sint, &c. Nam si de iis dubitetur, æquè suspectum erit sigillum. *Menoch. d. l. & lib. 2. presunt. 57. in fin. Ruland. d. l. n. 16. & seq. Höpingk d. cap. 14. n. 117. & seqq. & cap. 11. n. 285. & seq.* (8.) An sigillum appendeat, an verò deciderit, & ex quâ causâ. Nam si propter vetustatem id factum, si Commissarius relationi inserat, nihil nocebit. *Ruland. d. l. n. 19. & seqq.* quod si conturbata, & quidem voluntate dominorum sigilla instrumenti sint incisa, abscissa, resignata, vel ablata, nullam amplius fidem merentur. *arg. l. 1. §. fin. ff. de bon. poss. sec. tabb. l. 1. ff. de his, quæ in testam. delent. l. 23. §. 3. & l. 23. ff. qui testam. fac. poss.* *Besold. in Thes. Pract. voc. Sigel. n. 54. Höpingk d. cap. 14. n. 124. & seqq. n. 157. & seqq. Add. Sichard. ad l. 30. C. de testam. ubi n. 2. & 3. docet, in dubio præsumi sigilla consultò esse amota, &c. Add. Besold. Thes. Pract. n. 76. in voc. Sigill. in Addit.* (9.) An, & quo filo sigillum sit alligatum, an chordulæ arrosæ, vel incisæ: quippe ex quibus omnibus graves circumstantiæ colligi possunt: cum & incisum filum vitare instrumentum soleat. *arg. l. 1. §. fin. ff. de bon. poss. sec. tab. & testatur experientia, Principes ferè uti iis coloribus in filis istis holosericis, quibus insignia ipsorum*

D constant.

constant. *Ruland. d. cap. 30. in fin.* (10.) Si propter varietatem figurarum, uti in Principum insigniis fieri assolet, commodè describere nequeat, per pictorem juratum sigilla depingi curabit. *Ruland. d. l. n. pen.* non solum quando id in commissione expressum est, verum etiam quando hæc solum verba inserta: *Schriftliche documenta auffzunehmen / zu vidimiren / und transumiren /* per ea, quæ tradit *Ruland. d. cap. 30. n. 1. & seqq. Höpingk de iur. sigill. cap. 8. n. 30.* An autem indicia suspectorum sigillorum concurrere debeant, an verò per se sufficiant, iudicis arbitrio relinquendum, qui ex qualitate læsi sigilli, & aliis circumstantiis iudicare poterit, nùm fides illi adhibenda, nec ne. Neque enim in his certa regula tradi potest, cum à facto, & ipso rerum eventu dependeant. *Mench. d. cas. 113. in fin.*

37. Ex hisce quoque promtumerit colligere, magnam esse utilitatem in cognoscendis Principum insigniis, cum ex iis sigilla ut plurimum constent. *Sichard. ad l. 12. n. 6. C. de testam. Höpingk d. l. cap. 8. n. 34.* qui enim recognosci illa poterunt, si minùs sint cognita. *Höpingk d. l. cap. 4. n. 144.* Imperatoris sigillum in rebus arduis est bulla aurea, uti in Constitutione Caroli IV. quæ propterea ab adjuncto *aurea Bulla* appellatur, quæ describitur: sigillum aureum rotundum, in cuius uno latere appareat figura Imperialis in Majestate sedens, cum coronâ Imperiali in capite, habens in manu dextrâ sceptrum, in sinistrâ manu pomum cum cruce desuper, & à latere dextro clypeum, (desunt procul dubio hæc verba: *cum aquilâ & sinistro clypeo, &c.* quæ habet *Rümelin ad A. B. part. 1. dissert. 1. th. 1. in Addit. Speidel. Carpzov. de L. R. Germ. cap. 3. sect. 2. n. 8.*) cum formaleonis; in circumferentiâ legi hæc verba: *Carolus IV. Divinâ favente clementiâ Romanorû Imperator semper Augustus, &c. Bohemiæ Rex.* Ab alio verò latere castrum magnum cum duabus turribus habens portam inferiùs in medio, cum literis: *Aurea Roma.* In circumferentiâ legi hæc verba: *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.* *apud Linn. de iur. Publ. lib. 1. cap. 11. n. 44.* Addit *Höpingk*, qui anno 1639. d. 11. Junii exemplar originale ait se Francofurti vidisse, ipsum sigillum ex solido auro esse, magnitudine Thalerum Imperialem parùm excedens, ex latere dextro, (si rectè meminerit) non aquilæ bi- sed unicipitis; ex sinistro autem leonis.

leonis caudâ bifurcatâ figuram præstare, &c. ipsam bullam ex filis sericis flavis dependere. *Höpingk de iure sig. c. 3. n. 44. Add. eund. c. 8. n. 8.*

38. Antequam Imperator coronatus sit, ajunt, aureâ bullâ eundem non uti. *arg. Clement. un. in fin. de jurejur. Carpzov. de L. R. Germ. cap. 11. sect. 4. n. 17.* Contrarium tamen defendit *Limn. d. l. n. 25. & ad Capitul. Ferdin. III. art. 46. in verb. oder Königs.* Hoc certius, (1.) Regem Romanorum vivente Imperatore in sigillis & insignibus simplicem aquilam, (quod unicum forsan caput Imperii repræsentet. *Freher in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 5. in fin.*) Imperatorem verò duplicem gerere. *Carpzov. d. l. n. 14. v. s. h. Dn. Sprenger Inst. I. P. lib. 1. cap. 29. circ. pr. vers. differentia.* Neque (2.) aureâ bullâ uti posse, quippe quæ dicatur insigne esse Imperatoris, & Regis Romanorum regentis, & iis demum diplomatibus apponenda, quæ ex Cancellario Imperii expediantur. *Limn. d. cap. 3. n. 25. à Addit. 1. p. 120.* Typus ille, vel typaria Imperialia sive Regalia, ferè sacra sunt, & digna non solum exactâ custodiâ, verum etiam veneratione: unde in solenni Curiâ Impp. vel R. R. à baculo argenteo dependentia, statim ubi benedictio mensæ peracta, ante Imp. vel R. ponuntur in mensa ab Electoribus Ecclesiasticis, & postquam ea illis reddita, ille in cujus diœcesi solennis illa curia celebratur, majus sigillum collo appensum usque ad finem convivii gestat, & secum in hospitium reportat. *A. B. tit. 25. §. 2. Limn. ad Capitul. Ferdin. III. d. art. in voc. gehenck worden. Carpzov. decis. illustr. cap. 28. n. 21.* Quo factò sigilla super equo ad Cancellarium Imperialem remittit; cui non solum equus ille, sed baculus quoque XII. marcarum argenti, illorum Electorum æquis sumtibus comparandus, cedit. *A. B. d. §. 2. Rümel. d. l. disert. 4. th. 9. ibique Speidel. in Addit. lit. a.*

39. In Pontificis Romani bulla plumbeâ, (vix enim aureâ utitur. *Limn. de iure publ. lib. 1. cap. 11. n. 20. in Addit. 1. p. 120.* fortassis ob periculum subtractionis, unde prudentiores Principes neque aureâ, neque argenteâ bullâ uti, *Gl. ait in d. Clem. un. in fin. in verb. Aurea bulla. de jurejur.*) hodie in uno latere est imago Pontificis infulati & benedictis cum triplici coronâ, in altero duo imagines oblongæ DD. Petri & Pauli cum nomine Pontificis, primâ scil. ejus literâ, & ordine Pontificatus, v. gr. J. P. III. i. e. Julius Papa tertius. *Höpingk de jure sigill. cap. 3. n. 51. & 54.* Ante coronationem

mationem integrâ bullâ non signat, sed solum dictis imaginibus (nam alterum latus planum est,) cum subscriptione: *Datum anno, vel die suscepti nostri Apostolatus, &c.* cum post coronationem subscribat: *Datum anno Pontificatus nostri, &c.* Höpingk d.l. n. 51. Annulus autem Pontificis, qui Piscatoris dicitur, quod navim Divi Petri piscatoris tanquam felicissimi successus sui signum, exprimat in signandis brevibus Apostolicis sive edictis chartaceis exigui momenti & epistolis cum cera rubra & subscriptione Secretarii adhibetur. Höpingk d.c. 3. n. 88. & seqq. Sigilla illa summi Pontificis mortuo eo, (uti aliàs si ultimus è familia sepeliatur. *Wehner. pract. observ. lit. H. in voc. Helm. Ruding. cent. 5. obs. 46. Speidel. observ. lit. W. n. 42. in voc. Wapen. vers. deniq.*) statim à Camerario Cardinali ad evitandas fraudes conciduntur. Höpingk d. l. n. 96. *Add. Aut Tr. des Cardinals; huth. cap. 17. in pr. ubi Pontificatus insignia hodie ait esse duas claves decussatim positas potestatem ligandi & solvendi designantes.* Sub illis clavibus ponuntur insignia ipsius Pontificis gentilitia, uti experientia testis est. De Regum, Principum German. Comitum, Civitatum, Collegiorumque variis insigniis vid. passim Höpingk de iur. Insign. & in princ. cap. 6. per tot. *Chassan. part. 1. catal. Glor. mund. confid. 38. & 100. conclus. seqq. Add. Mappæ Geographicæ Recentiorum, &c.*

40. Crimen falsi circa sigillum committit, (1.) non solum, qui falso sigillo utitur, sed etiam qui sigillum adulterinum fecerit, vel sculpsit. *l. 39. pr. ff. de L. Cornel. de fals. Const. crim. art. 112. ibique Steph. Damhoud. in pract. rer. crim. c. 122. n. 12. Coler. decis. 179. n. 8. & n. 6. ubi castigatione, & falsi sigilli inustione in manus aut frontem falsarium quendam affectum scribit. Theodor. in Colleg. crim. disp. 8. th. 2. lit. e. & th. 6. circ. fin. Höpingk d.l. c. 14. n. 18. & seqq. Carpzov. Pr. crim. p. 2. quest. 93. n. 70. & 72.* Clericus, qui falsificavit sigillum Principis, deponitur, & in exilium mittitur, stigmate prius in facie inusto. *cap. 3. X. de crim. fals. Höpingk d.l. n. 21.* Si qui autem non dolo malo, sed artis ostentandæ gratiâ, uti sculptores facere solent, sigilla aliena penes se habeant, vel iis ad fallendos hostes abutantur, puniendi non sunt. Höpingk d.l. n. 26. & seqq. quanquam olim lege Solonis vetitum, ne annularius sigillum vel exemplar retineret ad averruncandas scil. fraudes. *Diogen. Laërt. in vit. Solon. ferè circ.*

circ. fin. Freher lib. 1. Parerg. c. 20. Höpingk d. l. c. 2. n. 17. Besold. Ibes. pract. lit. P. n. 14. in voc. Petschafft. (2.) Qui suo sigillo aliquid falsi confirmavit, ex quo alter detrimentum patiat. *Damboud. cap. 122. n. 2. 4. & 10.* ubi generalem regulam ponit, neminem poenâ falsi, in quacunque etiam specie committatur, posse puniri, nisi inde aliquod consurgat damnum, præjudicium, injuria, aut dedecus alterius; quanquam tamen extra ordinem plecti queat. *Id. d. l. n. 11. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. cas. 306. n. 16. & seqq. (3.)* Qui sigillum alienum, quamvis privatum, sine voluntate domini apponit. *arg. c. 33. X. de testib. Felin. in cap. 5. n. 1. X. de probat. & in c. 2. n. 36. X. de fid. instrum. Höpingk d. l. c. 14. n. 9. (4.)* Qui sigillum suum abnegat, si postea ab adversa parte vincatur. *l. 27. §. 1. ibiq. Gothofr. ff. de L. Corn. de fals. König in process. c. 90. vel part. 2. c. 39. n. 4. vers. Wo aber einer sagt / r. Höpingk d. l. c. 14. n. 31. (6.)* Qui sigillo defuncti sigillat. *Höpingk d. l. n. 32. (7.)* Qui præbet testimonium contra scripturam suo sigillo confirmatam. *Arnold. ab Haërsolt de actionib. part. 7. art. 49. n. 5. in fin. Höpingk d. l. n. 33. & seqq. imò abnegans sigillum, si postmodum vincatur, in testimonium amplius non adhibetur. Höpingk d. l. cap. 14. n. 34. & dupli poenâ afficitur. arg. Auth. contra qui. C. de non num. pecun. Rittershus. in exposit. Novell. part. 9. c. 15. n. 4. & 7. Höpingk d. cap. ult. n. 219. neq. auditur, si postmodum probare velit, sigillum voluntate suâ non esse appositum. Umm. de process. disp. 17. n. 24. Höpingk d. l. cap. 11. n. 46. (8.)* qui alieno sigillo absque attestatione literas signat. *Hier. Giachar. in Addit. ad Iul. Clarum lib. 5. sentent. §. falsum. n. 26. lit. e. & Bajard. ibid. n. 210. (9.)* qui falsa sigilla suis appendit pannis. *Damboud. d. l. c. 123. n. 14. Höpingk d. l. c. 14. n. 23. Carpzov. d. quæst. 93. n. 89. & seq. (10.)* Qui sigilla alienis documentis aufert. *arg. l. 1. pr. §. 4. l. 16. §. 2. ff. de L. Corn. de fals. Höpingk d. l. cap. 14. n. 148. & seqq. Quid si quis literas sigillo alterius clausas resignaverit? Resp. Si id faciat dolo malo, in detrimentum vel pudorem alterius, atque ita secreta sibi commissa contra voluntatem mittentis sive amico sive inimico ejus ostendat, falsi reus erit. arg. l. 1. §. 6. ibique Gothofr. d. l. 16. §. fin. ff. ad L. Corn. de fals. l. 38. §. 9. ff. de poen. Haërsolt d. n. 5. post pr. Clar. d. lib. 5. sentent. §. falsum. n. 26. & ibi Giach. in addit. lit. d. & e. Damboud. d. l. c. 123. n. 19. Imò majestatis, si literas publicas hosti aperuerit. Bajard.*

d.l. n. 209. Höpingk d.c. 14. n. 78. Si verò resignavit quidem, alteri autem legendas non præbuit, extra ordinem punietur iudicio stellationatus. arg. l. 2. ff. de L. Cornel. de fals. l. 36. in pr. ff. ad Municip. l. 25. C. de legat. l. 8. ff. de extraord. crim. c. 33. X. de offic. & potest. jud. deleg. Wurmser lib. 1. pract. forens. lit. 47. obs. 25. n. 2. Giach. d.l. lit. d. Bajard. d.l. n. 205. Menoch. lib. 2. centur. 6. cas. 538. n. 8. & seqq. Coler. d. decis. 179. n. 15. Carpzov. d. quæst. 93. n. 70. & seq. Höpingk d.c. 14. n. 51. & seqq.

41. Utroque autem casu etiam civiliter tenebitur, non solum actione depositi, verum quoque in factum & injuriarum, si injuriæ faciendæ causâ secreta publicarit. arg. l. 41. in pr. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. 38. ff. de pos. Bajard. d.l. n. 206. Höpingk d.l. n. 62. & seqq. & n. 76. imò & furti. l. 14. §. fin. ff. de furt. Höpingk d.l. n. 77. & amissione causæ. arg. c. 33. ibique Gl. in verb. sigilla violaverit. X. de offic. deleg. junct. cap. 25. X. de rescript. & cap. 3. X. de crim. fals. Höpingk d. c. 14. n. 122. Quod si quis per imprudentiam aut juris sui tuendi gratiâ alienas literas resignat, culpâ vacuus est. arg. l. 20. C. ad L. Corn. de fals. l. 3. §. 22. & seq. ff. ad SC. Syllan. Vid. Menoch. d. cas. 538. n. 9. Höpingk d. c. 14. n. 59. n. 60. 65. 81. & seqq. Sed anne injuriarum agere potest, qui alienas literas ad amicum scriptas statimq; comburendas resignavit, in quibus e. g. ille admonetur, ut sibi caveat de artibus & doctis resignantis? Neg. arg. d. cap. 33. X. de offic. deleg. & per ea, quæ ex Everhard. de fid. instrum. c. 10. n. 65. & seqq. tradit Höpingk d. cap. 14. n. 87. & seqq.

42. Tandem notabimus, (1.) qui diversa habent sigilla, iisque promiscuè utuntur contra officium, parti læsæ actione in factum teneri ad interesse, v. gr. si mercator literas Cambii ad remotiora loca datas sigillo ad alios usus destinato firmaverit, quas ille, ad quem tessera illa nummularia directâ sit, tanquam suspectas non acceptat, & c. aut si quis soluto vectigali propterea detineatur cum mercibus, tardiusque ad nundinas accedat, quod literæ testimoniales ordinario sigillo munitæ non sint, uti ex Everh. de fide instrum. cap. 12. n. 11. probat Höpingk de iure sigill. cap. 9. n. 19. & seqq. (2.) Si quis alterius signo utatur, vel id frangat, aut deleat, teneri interdicto possessorio, quasi alterius possessionem turbaverit. arg. l. 3. §. 2. ff. uti possid. l. 8. §. 5. in fin. ff. si servit. vindic. Chassan. in catalog. glor. mundi part. 1. confid. 38 conclus. 48. n. 5. in med. Menoch. de retinend. possess.

possess. remed. 3. n. 299. & 502. Sichard. ad l. 1. n. 4. & 5. C. ut nem. privat.
 Höpingk de iur. insign. c. 14. n. 21. & seqq. & de iur. sigill. cap. 10. n. 91.
 adeò ut si fortè alter rebus meis signum imprimat, possim propriâ
 autoritate & impunè illud remove, & revellere. arg. l. 1. C. ut ne-
 mini liceat. ibiquè Salicet. Cass. Guilielm. Scipio lib. 3. Decis. Camer. 127.
 (3.) Eundem quoque teneri injuriarum. l. 25. in fin. ff. de act. emt. l. 13.
 §. fin. l. 20. ff. de injur. Sichard. d. l. n. 6. Höpingk d. l. cap. 4. n. 94. Add.
 eund. in Tr. de iur. insign. d. cap. 14. ubi de aliis remediis, puta mandatis
 C. vel S. C. petitione hæreditatis, rei vindicatione, actione confesso-
 riâ & negatoriâ, conditionibus ex l. diffamari, ex L. Viselliâ, ex
 privilegio pro afferendis insignibus &c. fusissimè agit; quæ omnia,
 si modò pro insignium sive armorum voce substituantur sigillo-
 rum, huc ferè quadrabunt, uti ipse ait, d. cap. 10. de iure sigill. n. 91.
 Nobis enim tum ob disputationis angustæ terminos, tum alias ob
 rationes jam non licet esse longioribus.

Corollaria domestica & miscellanea.

- I. Pactum dotale valet, si sponsi subscripserint vel sub-
 signaverint, etiamsi id à testibus fuerit omissum.
- II. Exemplar obligationis vero sigillo, quod authenti-
 co dimotum erat, munitum minimè validum est;
 unde, si cum authentico instrumento diversis tem-
 poribus oppignoretur, jus prælationis in eo cessat.
- III. Si dominus feudi alienationem à vasallo factam
 subsignaverit, consentire videtur.
- IV. Ubi sigillatio contractuum necessaria, si pactum
 dotale sub hypothecâ immobilium fiat, illius Ma-
 gistratus autoritas sufficit, qui in personalibus ju-
 risdictionem habet.
- V. Imperator insignia vel sigilla uni concessa, alteri
 concedere nequit.
- VI. Illegitimis insignia vel sigilla parentum æquè ut le-
 gitimis liberis usurpare minimè licet.

VII.

-
- VII. Feudum emittitum est Feudum proprium.
VIII. 2.F.28.vers. *contra omnes*. ut authoritas consuetudinibus feudalibus, & reverentia ac charitas Parentibus & fratribus debita, illibata conservetur, commodam interpretationem recipere debet.
IX. Potest quis seipsum in Imperatorem eligere.
X. Privatis venatio, quæ hodie Regalibus accensetur, iustis de causis interdicta est, & hujus præcepti transgressoribus poena etiam capitalis infligi poterit.
XI. Naclerus, auriga, &c. vectigal solvere intermitentes, per hoc non domini merces, sed res illorum propriæ in commissum cadere debent.
XII. Tutela testamentaria in Electoribus locum habet.
XIII. Jus decimandi indefinitum Ecclesiæ pastori in tra suam Parochiam competens, extenditur ad novalia.
-

Ad Nobiliss. Dn. RAW,
DE SIGILLIS

juridicè disputantem.


Sigilla fidei certa sunt emblemata;
Quorum fidem Tu, *chare RAW*, nunc discutis
solerte curâ. Quæso! quam debes, fidem
præstare pergas Patriæ dulcissimæ,
pergas Patronis, majus ut Tibi quoque
præstare queat hæc ipsa Disputatio
sigillum honoris atque benivolentiæ!

*Cum pio voto
scrib.*

PRÆSES.

F I N I S.





X 2615932

KD17







11
1673, 70

C. D. N. F. C.
TIO JURIDICA
De

ILLIS,

von
Wetttschafften/2c.

Q V A M
AVENTE GRATIA
b Præsidio

SSIMI, AMPLISSIMI,
I & EXCELLENTISSIMI,

ARDI von Stöffen/

erial. Profess. Publ. celebratif-
uridicæ Decani Spectabilis, &c.
& Præceptoris singulari vene-
u æternum prosequendi,

LENNITER
ili defensus est,
aw / Ulmenf. A. & R.
Junij horis locoq, consuetis.

ENTORATI,
RIDERICI SPOOR

M DC LXXIII.

